



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jus Canonicum Practice Explicatum, Seu Decisiones Casuum

Ad Singulos Decretalium Gregorii Papæ IX. Titulos, & ad consuetum
Referendi modum accommodatæ. Opus Novum

Complectens alteram Decretalium medietatem, videlicet nonaginta duos
Titulos, à Titulo XX. libri III. de Feudis usque ad finem

Pichler, Vitus

Ingolstadii, 1734

Quæstio. An iste Parochiis validè adstiterit Matrimonio Martialis &
Ludovicæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62204](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62204)

inde ad castra, Parochus id sibi hoc tempore non licere causatus sine Ordinarii licentia promissit, se eam petiturum. Petijt, & repulsam tulit cum diserta prohibitione, ne assistat huic Matrimonio. Efferatus Martialis Parochum quã minis quã promissis eò adegit, ut Matrimonio assisteret quidem, sed sine benedictione nuptiali, & sponsæ solenni deductione, publicaque pompa, & vanæ latitiæ signis, quæ sola hoc tempore ab Ecclesia prohiberi, non verò ipsam assistentiam Matrimo-

niam, didicerat ex Jure Canonico, nempe *can. 8. & 10. caus. 33. q. 4. & c. 4. de serijs.* atque ex Auctoribus, Quin Parochus & Contraheutes illicitè egerint, poenamque promeriti sint, vix dubitari potest, cum violaverint legitimi Superioris interdictum. Nota tamen est



QUÆSTIO.

An iste Parochus validè adstiterit Matrimonio Martialis & Ludovicæ ?

Videbatur quibusdam hoc Matrimonium esse invalidum 1. quia contractum sine benedictione nuptiali non censetur esse contractum in facie Ecclesiæ, quod hodie post Trid. s. 24. c. 1. de ref. Matrim. omnino necessarium est ad valorem Matrimonij. 2. quia jura non patiuntur, ut quis ex delicto suo ferat commodum: sed contrahentes contra interdictum

Episcopi ferrent commodum, quod quærebant, si Matrimonium valeret, ex suo delicto. Sed leviora hæc sunt: fortius impugnatur valor 3. Ex *can. 1. caus. 35. q. 6.* ubi Papa Cælestinus sic ait: *quod contra interdictum & ordinem Ecclesiæ factum est, ratum non haberi, tam Divinæ quàm Humanæ legis proclamat autoritas.* 4. Ex *c. 4. de sponsa duor.* ubi Alexander III. reitriptit Archiepiscopo Genuensi:

si contra interdictum Ecclesie publicè factum venire præsumpserint, Matrimonium tam præsumptuosè contractū poteris irritare, h. e. irritum declarare; nam semel validum dissolvere excedit potestatem Archi- & Episcopalem. §. Ex c. 13. de Despons. Impub. Ubi Innocentius III. sic disponit; quod contra interdictum nostrum in præjudicium ipsius aliquid fuerit attentatum, id irritum esse decernimus, & viribus omnino carere. Quin imò 6. Ex generali regula, quæ traditur in l. non dubium §. C. de Legib. ubi nullum esse pactum, conventionem, contractum, inter eos subsecutum, qui contrahunt lege (legitimo Superiore) contrahere prohibente. Denique ac fortissimè 7. Ex defectu potestatis ad assistendum, quæ in hoc casu diferte adempta est parochi ab Episcopo assistentiam prohibente; qui enim potestate agendi destitutus agit, nulliter agit, ut patet in casu, quo non parochus sine licentia proprii parochi assisteret. Trid. lo. cit.

Sed quidquid sit de his, ego in oppositam eo sententiam manibus pedibusque, ut aiunt, & sto pro valore Matrimonij cum Sanch. l. 7. de Matrim. d. 2. n. 2. qui testatur, sic omnes sentire. Satis apertè id innuitur c. 1. & c. 2. h. t. ubi sustinetur Matrimonium contra prohibitionem Episcopi contractum, pœna tamen contra prohibitionem Ecclesie talia audentibus imponenda decernitur; respectu parochi ea erit arbitraria, respectu contrahentium

inhibitio usûs Matrimonij ad tempus, nisi ob periculum incontinentiæ alia pœnitentia salubrior esse censeatur, & facilioris executionis, Ratio est, quia in potestate nullius Episcopi (excepto Romani) est impedimentum Matrimonij dirimens inducere, & sic Matrimonium à Jure non irritatum irritare, aut parochi, cui ipsum Jus Commune potestatem assistendi Matrimonij dedit, eam adimere contra legem Superioris. c. 16. de Majorit. licet usum hujus potestatis per prohibitionem reddere possit illicitum.

Contraria nihil negotij faciunt. Ad 1. 8. Matrimonium in facie Ecclesie contrahi nihil esse aliud substantialiter, quàm coram parochi & testibus contrahi, per Trid. lo. cit. & communem interpretum sensum. Benedictio nuptialis etiam aliàs sæpius omittitur, ut in secundis nuptijs, & est ceremonia solum accidentalis. Ad 2. Quando Jura non irritant actum, tacite permittunt commodum ex delicto suo ferre agentibus contra prohibitionem, quod nimirum illis obvenit ex valore actûs, quod proinde per accidens fit, & ex mera permissione Juris, licet illud commodum vindicet, & vindicari velit per pœnam contra præceptum venientibus imponendam. Ad 3. 4. 5. 6. dico, ea procedere, si non Episcopus, vel Papâ inferior, cuius non est irritare

Ma.